



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sancti Epiphanii Episcopi Constantiæ Cypri, Opera Qvæ Extant Omnia

Epiphanius <Constantiensis>

Coloniæ Aggripinæ, Anno M.DC.XVII.

Vetervm Avthorvm Et Aliorvm Testimonia de S. Epiphanio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80258](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80258)

VETERVM AVTHORVM ET ALIORVM TESTIMONIA DE S. EPIPHANIO

Ex Bibliotheca Photii.

Legimus sanctissimi Episcopi Epiphanii aduersus octoginta hæreses *Panaria* voluminibus tribus in libros septem distributa. Dueto igitur a Barbarismo initio, tendit inde vsque ad Messalianos: cæteris, qui ante ipsum contra hæreses scripserunt, copiosior atque vtilior: propterea, quod qua reliqui vtilia continebāt, hic nequaquam prætermisit: sed quæcunq; præter illa studiosè reperire potuit, adiunxit.

Dictio eius humilis, ac plane talis, qualem eius esse oportuit, qui Atticæ elegantia rationem nullam duceret. Infirmitas vero ut plurimum est in conflictibus aduersus impias hæreses susceptis. Est tamen ubi fortiter aggreditur, atque irruit, quamuis neq; verborum ipsius, neq; constructionis proprietates vlla ex parte præstantior efficiatur.

Legimus eiusdem *Anchoratum*, quæ quasi comprehensio quædam breuior est *Panariorum*.

Legimus eiusdem *de mensuris & Ponderibus libellum*.

Ex Suida.

Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus, quondam Salaminis. Scripsit cōtra omnes hæreses sermones, qui *Panaria* dicuntur, & alia multa: quæ ut à doctis obres, sic ab indoctis propter verba leguntur. Extrema ætate decessit.